alibi chare compatur. Esset preterea periculum in congelatione. Esset rursus periculum in false credulitatis inductione/et hoc multipliciter. Primo ꝙ tanta esset dignitas laicorum circa sumptionez corporis christi. sicut ⁊ sacerdotum. Secundo ꝙ hoc facere semꝑ fuit ⁊ est necessitatis/ et ita perierunt om̃es. ⁊ pereunt aliter sentientes facientes aut docentes. Et om̃s generaliter tam clerici q̃ꝫ doctores ⁊ prelati qui non possetenus opposuerũt se tali cõsuetudini/verbis scriptis aut sententijs. ⁊ ꝙ sacramscripturã om̃es illi peruerterẽt Tercio ꝙ virtus huius sacramẽti non est principalius in ꝯsecratiõe q̃ꝫ in sumptione. Quarto ꝙ ecclesia romana nõ rite sentit de sacramẽtis nec in hoc esset imitãda. Quinto ꝙ concilia generalia ⁊ specialiter Constañ. errauerũt in fide ⁊ bonis moribus. Sexto multipliciter occasio essꝫ seditionum ⁊ scismatuꝫ in christianitate nostra/sicut experiẽtia nũc manifestat in bohemia/que seditio nedum ad spiritualem sed temporalem dissipatiõem tendit: nisi dei prouidẽtia ⁊ regis romanorũ prudentia prouideant ⁊ predisponant.

¶ Finit tractatus aduersus heresim nouam de necessaria cõmunicatiõe laicoruꝫ sub vtraqꝫ specie. raptim editus Cõstantie Anno. M.cccc.xvij. die. xx. augusti.

¶ Incipit tractatus

eiusdem magistri Johannis de Gerson/ de probatione spirituum.

Probate spiritus si ex deo sunt/iubet discipulus ille quẽ diligebat Jesus. Neqꝫ enim nesciebat illaꝫ coapostoli sui sentẽtiaꝫ. Angelus sathane transfigurat se in angelum lucis/ sic vt fiat demonium meridianũ/dum ꝑ tenebris errorum/ quas ad tempus celare ꝑmittitur/lucẽ veritatis claraꝫ se fingit offerre. Patuit hoc apud sanctũ Martinum visibiliter/patꝫ apud alios pl̃imos inuisibiliter/duꝫ teste bern̄. sub specie magni boni ⁊ ardui/grande peccatum operit suggerit ⁊ inducit. Probare spũs si ex deo sũt/nõ cuilibꝫ datũ est. sed aliq̃bus ꝑ spũmsactm̃/qui vnus existens diuisiões gratiaꝝ distribuit singulis prout vult/ad edificatiõem corporis christi/qđ est eccl̃ia/ cui nũq̃ꝫ defuit in necessarijs. Sicut igit̃ nõ omniũ est prophetare/nec euãgelisare omniũ est/nec omniũ interp̃tari sermões. sed aliquoꝝ ex officio vsqꝫ in finẽ seculi. Sic nõ omniũ est ꝓbare spũs si ex deo sunt. sed q̃bus datum est. quales sunt spũales quos vnctio docꝫ de om̃ibus/qui ⁊ de om̃ibꝫ iudicant etiã int̃ diem ⁊ diem. Quale donũ beatꝰ martinꝰ ⁊ anthonius ⁊ plures alij legunt̃ habuisse.

¶ Probare spiritus si ex deo sunt ꝯtingit multipliciter. Uno quidẽ modo ꝑ modũ artis ⁊ doctrine generalis/sicut ꝑ eruditionẽ sacrarũscripturarũ/diligẽti pioqꝫ studio acquisitã. Sunt nimirũ scripture in quibꝫ putamꝰ nos fidem habere ꝯtinẽtes artẽ/falsos ꝓphetas a veris/ et ab illusionibus reuelatiões cognoscẽdi. Alius ĩuenitur modus ꝑ inspiratiõem intimã/ seu internũ saporẽ/siue ꝑ experimẽtalem dulcedinẽ quandã/siue ꝑ illustratiõem a mõtibus eternis/effugãtem tenebras omnis dubietatꝭ. hoc aũt est mãna absconditũ et nomẽ nouũ in calculo scriptum/ quod nemo nouit nisi qui accepit. hoc Gregorius in dyalogo. hoc Augꝰ. in de confessiõe de seip̃o ⁊ matre. hoc Hugo de arra anĩe. cuꝫ pluribus alijs notauerũt ¶ Probare spiritus si ex deo sunt/ꝑ regulam artis generalem ⁊ infallibilem/pro particulari casu aut nõ põt/aut vix põt humanitꝰ fieri. sed req̃ritur donũ spũssancti. qđ apl̃s nominauit discretiõem spirituuꝫ/quo dono fit vt mens nedũ in se ⁊ de se sciat ꝓbare spiritus si ex deo sunt. sed etiã de alijs ⁊ ĩ alijs noscit. Hic aũt est modꝰ terciꝰ alius a p̃dictis/probandi spũs. qm̃ primus est doctrinalis. scđus est experimẽtalis. terciꝰ officialis ex officio hierarchico atqꝫ spirituali dono ꝯcessus. Itaqꝫ sicut nemo nouit q̃ sunt spũs nisi spũs. Ita nẽo ꝯgnoscit ĩfallibili certitudĩe ea q̃ ꝑ solam experimẽtalem noticiã vel sentimẽtũ interius et sensum aguntur in alterius anĩo. Quemadmodum ergo tradere regulã generalem/q̃ distingueret infallibiliter inter visionem somnialem ⁊ illã que fit in vigilia/ nullus facile posset/propter varias sil̃itudĩes inter vtrasqꝫ visiones. multo magis in proposito. Scit nihilominus homo vigilãs se certitudinaliter ⁊ experimẽtaliter vide

re. q̃uis nõ ignoret se habuisse in somnijs visiones valde vicinas ⁊ similes sue vigilie/adeo ꝙ somnium suum narrare somniando quãdoq̃ videatur. q̃uis dicat seneca esse vigilantis somnium narrare. Scit similiter homo spiritualis in vigilia vere lucis diuine positus. videre se diuina que videt. vere sentire/odorare ⁊ sape. Quare. quia vigilat. Potest nihilominus recogitare ex se vel alijs ꝙ ñ nũq̃ ponitur in quodam somnio naturaľ ꝯgnitionis/ aut diabolice illusiõis. qui dũ sic se habet ⁊ quod ammodo dormit ad diuina. putare potest ꝙ vigilet ad ea. sicq̃ falli. Vidit hec beat⁹ Gregorius asserens spiritus prophetarũ non semꝑ esse in potestate vel distincta cognitione prophetaꝝ. Probans ħ per Nathan/ qui ad dauid cogitantẽ edificare domum dei respondit Omne quod est in corde tuo vade ⁊ fac. quoniã domin⁹ tecũ est. Cuius contrariũ ip̃a nocte reuelauit ei deus. ¶ Probare spiritus si ex deo sunt ex primo modo (qui magis est ad propositũ videlicet ꝑ scripturam sacram ⁊ eruditos bonos in eadem/ quia de ꝑuerse viuentibus quale iudicium nisi ꝑuersum ⁊ illusorium reportare sperabimus) cõtingit mľtipliciter ⁊ sufficienter quantũ ad presentem spectat militiam/ ⁊ ad statum cõmunem viatorũ. Qua super re/ nedum vnum ⁊ ab vno/ sed plures a diuersis tractatus cõpositos inuenimus: quos nũc manualiter habere fas esset/ ⁊ diligenter inspicere dũ in hoc sacro concilio querit̃ tractari de canonisatione sanctoruz/ ⁊ examinatione doctrinarũ suarũ. presertim vnius q̃ Brigitta nominat̃/ assueta visionib⁹ quas nedum ab angelis/ sed a christo ⁊ maria/ ⁊ agnete/ ⁊ ceteris sanctis familiaritate iugi sicut sponsus ad sponsam loquitur/ se asserit diuinitus suscepisse. ¶ Est autẽ vtrobiq̃ vel in approbatione vel in reprobatione periculũ. Approbare enim falsas ⁊ illusorias aut friuolas visiones pro veris ⁊ solidis reuelationib⁹. quid indigni⁹. q̃d alienius ab hoc sacro concilio. Reprobare vero nũc eas que multifarie mľtisq̃ modis quaqua versum/ ꝑ diuersas nationes probate dicunt̃/ nõ parua exinde scandalorũ in christiana religione ⁊ deuotiõe populorũ formidatio. Deniq̃ in ip̃o etiaz silentio ⁊ dissimulatione. ex quo res in medium posita est/ nõ nihil esse discriminis ꝑtimescimus. Inuenire vero mediũ aliq̃d vľ expediens inter hec extrema. laudabile q̃dem sit aut affectabile sit nec dũ satis cernimus exploratũ. ¶ Probare spiritus/ ꝑ modũ artis ⁊ doctrine/ sicut tota deiceps versabitur intentio: nemo ꝑfecte potest ꝑ solam sacrescripture eruditionẽ/ qui non etiam expertus sit in semetip̃o variam affectionum spiritualiũ pugnam/ tanq̃ ascenderit nũc in celos/ nunc descenderit in abyssos/ ⁊ viderit mirabilia dei in profundo. Nam qui nauigant mare hoc mysticũ diuersarum affectionũ quasi collidentiuz se fluctuum. enarrant mirabilia eius. Inexpertus autẽ taliũ quid nouit eorũ. Dic autem est quartus modus probatiõis spirituum. Ceterum puto differentiaz inter homines quos loquimur/ vnum theologum/ alterum contemplatiuuz/ talem eẽ. qualis est inter peritum in arte medicine et inter expertum seu praticum in eadem qui duo posse conuenire in eodem nullus dubitauerit. Sic fit ⁊ fieri potest domio propicio/ vt idẽ sit in scripturis sacris eruditus/ qui simul in contemplationis exercitatione probatus est. Dunc vero talem habere vult materia p̃sens. sicut alias scripsisse dum de tractatu quodam spiritualium nuptiarũ sermo fieret meminimus. ¶ Probare vero spirit⁹ isto modo doctrinaliter/ dum querimus in alienis ꝑsonis: quarũ corda neq̃ videri neq̃ scrutari datur. oportet vt ab opibus signa sumamus dicente christo. A fructib⁹ eorũ cognoscetis eos. Fallit tamẽ vnum signũ vel pauca/ si non in vnũ plura couglobauerimus Ita enim tradit Tullius. ita Boeti⁹. ita Aristotiles in cõiecturali causa faciendũ. Sed quoniã infinita est q̃dez hmõi signorũ cõfusio/ coartemus ad pauciora ⁊ dicamus sub ħ metro. Tu q̃s. q̃d. q̃re. cui. qualiter. vñ req̃re. Quis est cui fiat reuelatio. Quid ip̃a ꝯtinet ⁊ loq̃tur. Quare fieri d̃r. Cui ꝑ cõsilio detegit̃. Qualit̃ viuere/ ⁊ vnde venire repit̃. ¶ Probatio spirituũ duz q̃rit̃ fieri/ ꝯsideret̃ in p̃mis ꝑsona suscipiẽs visiones/ si sit boni ⁊ discreti iudicij/ rõis naturaľ/ qꝛ leso cerebro turbat̃ iudiciũ rõnis. Si lesus fantasias patiatur non magnopere querẽdũ est a quo spũ veniãt melancolice illusorieq̃ visiones/ vt ptz in freneticis/ in egrotis varijs/ qui vigilãtes se talia videre putãt. audire: gustare ⁊c. qua/

lia somniãtes patiuntur. Habet preterea quelibet passio profundata/ suam lesionẽ suam ebrietatem. suum vt Origenes loq̃tur demonium. Patet in philocaptis. in zelotipis/ ⁊ iracũdis. ĩ inuidis/ et auaris. Unde poeta. An qui amant sibi somnia fingunt. Queritur ergo si ꝑsona sit nouitia in zelo fidei. quia nouitius feruor cito fallitur/ si regente caruerit/ presertim in adolescẽtibus ⁊ feminis/ quarum est ardor nimius. auidus. vari⁹. effrenis. ideoq; suspectus. Rursus plurimũ refert attendere qualis sit ⁊ fuerit ꝑsona. qualiter erudita. quibus assueta. quib⁹ delicata. cũ quibus cõuersata. si diues/ vel egena. In prĩa suꝑbiam vel secretam voluptatem. in altera fictiõem timebimus. Hoc suꝑ om̃ia conueniet obseruare/ ne lateat interior superbia spũalis/ quã Bernardus vere nominat subtile malum/ quoniã ⁊ hec de humiliatione sua nascitur/ de sordibus/ ⁊ cilicio de ieiunijs ⁊ virginitate. ĩmo ⁊ de sua morte/ suoq; cõtrario trahit originẽ. Quid igitur erit tutum a suꝑbia/ cũ nec ip̃a virtus tuta sit ab ea. Est autem suꝑbia quedã in ĩtellectu/ dum nõ vult subijci alieno iudicio/ sed innititur proprio. Quedã in volũtate/ dum renuit obedire. ⁊ hec citius deꝑhenditur/ ideoq; facilius corrigitur q̃ prima.

U ¶ Probatio spirituũ respicit ne duz ꝑsonam que visiones patitur. sed visionũ qualitatem/ si vera sunt om̃ia/ etiã vsq; ad minimã propositionẽ. quoniaz in spiritu veritatis falsitas non est. in spiritu autem mendacij mille quãdoq; sunt veritates aperte/ vt in vnica latenti falsitate decipiat Hac ratiõe prohibuerũt a testimonio veritatis quã fatebantur/ christus demoniacos/ et paulus phitonissas. Si p̃terea sit in visionib⁹ sapiẽtia/ que de sursum est cũ suis titulis quos Jacobus enumerat. primũ inquit pudica est. deinde pacifica. modesta. suadibilis. bonis cõsentiens. plena misericordia/ ⁊ fructibus bonis. iudicans sine simulatiõe. Si rursus excedãt he visiones cõmunẽ intelligẽdi modũ/ vel ĩ scriptura sacra positũ/ vel in ratione naturali vel morali collocatũ. quia si nõ/ videretur illud asscribi frustra reuelationi. Quod ĩ scriptura semel locutus est de⁹/ sicut Job loquitur/ idip̃m nõ repetit. Onerosuz q̃ppe esset ne dicam⁹ vanũ visiones suꝑ visiones in immẽsum multiplicatas/ debere recipere tanq̃ ab ore dei prolatas/ ac deinꝺ certissima fide credẽdas. Sicq; demũ nostra fides nostraq; religio quaz deus/ teste Augustino/ voluit sub paucissimis contineri articulis/ redderetur plus absq; vlla cõꝑatione q̃ lex vetus onerosa. Hinc clare memorie magister Henricus de hassia/ comprimendã esse tot hominũ canonisationem scripsit. Hinc alia ratio sumitur/ q̃ omisso diuinarũ scripturaꝝ studio/ magna pars christianorũ/ ad has visiones iõ placentiores. quia recentiores cõuerterẽt oculos et aures prurientes/ sicq; necessaria nescirent. quia iuxta Senece verbum superuacua didicissent. Sint oportet in om̃i reuelatione Moyses ⁊ Helyas/ h̃ est ꝑm venerabilem Richardum testimonia legis ⁊ prophetarũ/ ꝑ totum alioquin suspecta est. Et inde fit perspicuum q̃ necessarij sint theologi in canonisationib⁹ sanctorum/ ⁊ examinatione doctrinarum.

Probatio spirituuz requirit vt ꝑsona cui visiones huiusmodi recitantur/ habeat se prudenter ⁊ cautissime. presertim in principio cõsideret acriter quare mouetur hec persona secretum suum pandere. suꝑ quo fiet ista cõsideratio. Caue ergo q̃sq̃s eris auditor aut ꝯsultor. vt ñ applaudas tali ꝑsone. nõ obinde laudes eam. nõ mireris quasi sanctam/ dignamq; reuelationibus atq; miraculis. Obsiste poti⁹. increpa dure. sperne eam. cuius sic exaltatum est cor ⁊ elati sunt oculi/ vt ambulet in magnis et mirabilib⁹ super se/ vt digna sibi videatur que nõ humano alioruz more operetur salutem suam/ per doctrinam scilicz scripturarum ⁊ sanctorũ/ cum dictamine ratiõis naturalis. nisi consilium habere p̃sumat/ ⁊ putet nedum ab angelis sed a deo/ nedũ semel in necessitatib⁹/ sed pene iugiter/ velut in quotidianis collocutionib⁹. Talem admone non sublime sapere. sed sapere ad sobrietatem. quoniã verissime ait q̃ dixit. Superbia meretur illudi. ⁊ eo dignius/ q̃ instar pharisei latentem herentemq; ossibus suꝑbiam/ sicut nec phisicus febrilem calorem/ suꝑbus attendit. Quid enim facilius q̃ se vilissimũ peccatorem dicere: sz veraciter simpliciterq; ita sentire ex intimis/ hoc diuini muneris. nõ humani solius exercitij. Enarrent̃ exẽpla sanctoꝝ patrũ q̃ curiositatẽ hm̃oi visionũ vl' miraculoꝝ ꝑniciosissimã fallacissimãq; refugerũt

De probatione spirituum

A qua se Augustinus liberatũ ĩ suis ꝓfes/
sionibus gloriatur in domino. quã prete/
rea domin⁹ Bonauẽtura abhorrendam
nimis esse determiat. totoq̃ conatu repel
lendã. nũc orõnib⁹. nũc increpatiõib⁹/ seu
flagellatiõib⁹ ꝓprie mẽtis ⁊ corpis. exem/
plo illi⁹ qui vt temptatiõe careret supbie/
q̃sulit et obtinuit a dño/ vt p tres menses
demoniaca vexaret obsessiõe. Alter sctõꝝ
patrũ dũ sibi demon trãsfigurat⁹ in chri/
stũ diceret. Ego sum christ⁹ psonalit̃ te vi
sitans: qr dign⁹ es. ꝓfestim clausit oculos
vtraq̃ manu/ vociferans. Nolo hic chri/
stũ videre. sat⁹ est/ ipm in gloria si videro.
morq̃ disparuit. Alter sub alijs verbis si
milẽ in hmõi illusione fugauit humilitatẽ
Vide inquit ad quez missus sis. ego certe
talis nõ sum q̃ dign⁹ sum hic videre chri/
stũ. Alterũ qr nolebat intrare templũ/ di/
cens sibi satis esse. qr oculis corporeis a/
spexisset christũ. colligauerũt catenis. sol/
uere ieiuniuz. carnib⁹ vesci. vinũq̃ bibere
cõpulerũt. sicq̃ tumore cõpresso sanatus
est. ¶ Opponet forsitã aliq̃s ex apl'o iubẽ
te. Nolite inq̃t spũm extinguere. Si sit g̃
visio a spũsancto/ que nihilomin⁹ repelli
tur. q̃d hoc est nisi spũsancto resistere/ suã
q̃ nascentẽ grãm suffocare. Sed profecto
spũsanctus/ q̃ se dat humilib⁹/ nequaq̃ ex
humiliatiõe quã ꝑdiximus se subtrahet.
Intrabit poti⁹/ et ĩ bñplacito suo deducz
victor sup excelsa aiam hãc in oculis su/
is vilem/ ⁊ absq̃ vlla ruga fictiõis humilẽ
⁊ simplicẽ. Porro dici nõ põt/ q̃ntum hec
curiositas/ vel cognoscẽdi futura et occul/
ta vel miracula videẽdi/ vel faciẽdi/ fefellit
plurimos/ ⁊ a vera religiõe frequẽter auer
terit. hinc supstitiões in ppl'is q̃ religionẽ
inficiũt christianã/ dũ sicut olim iudei so/
la signa q̃rũt. duz imaginib⁹ exhibẽt latrie
cultũ. dũ insup hoĩbus nec dũ canonisat⁹
scripturis q̃z nõ autẽticis/ plus q̃z sanctis
in euãgelio pstant fidem. ¶ Probatio spi
rituũ cõsiderat quare fieri dicunt visiões/
ꝑsertim q̃ fine/ nedũ proximo. nedũ apto/
sed occulto ⁊ longiquo. Potest itaq̃ finis
primus apparere bon⁹ ⁊ salubris ⁊ deuo
tus/ ad edificationẽ aliorũ/ q̃ tandẽ prola/
betur in multiplex scandalũ/ dũ vel nõ re/
spondebũt vltima primis/ vl' aliud falsuz
fictũq̃ depbendet in psonis fuisse/ quod
reputabat sanctitatis ⁊ deuotiõis. Docu
it hoc etas nr̃a/ de ꝑdicatiõib⁹ dñorũ Jo/
hannis de varẽnis ⁊ Johãnis huss ⁊ simi
liũ. Rursus dũ aliq̃d fieri potest p hũanaz
industriam. sit hoc in vita. sit in doctrina.
quare necesse est vel q̃rere vel expectare di
uinã celit⁹ allocutionẽ. Hoc nẽpe tentati
oni dei q̃z honoratiõi apparet simili⁹. Ce
terũ finis attẽdẽdus est q̃re fit cõmunica/
tio taliũ visionũ alteri psone. vtrũ ad ostẽ
tationẽ vel ad necessitatẽ/ vtrũ ad danduz
vel recipiendũ consiliũ. vtrũ fiat experto l'
inexperto taliũ. q̃ si videat hec psona q̃re/
rere tñmodo consiliũ ne fallat/ videnduz
est si parataz se monstrat obedire consilio
alioquin iam de curatione vix spes erit. q̃
niã vt dicit Johãnes climachus/ non iaz
eget demone tentante se/ qr fact⁹ est sibi de
mon ¶ Atuero dicit aliquis. hec idcirco
psona non credit alieno iudicio/ qr de suo
certa est/ p reuelationẽ intimã ⁊ secretam.
Sed pfecto nõ est diuisionis deus vt vni
timenti se reuelet vnũ/ ⁊ p alterũ similit̃ ti
mentem eũ/ vt dicat vnũ contrariũ. Ita/
q̃z si visio ex deo fuit/ nõ dissipabit̃ ĩ humi
liante se sub alieno iudicio ꝓpter deũ/ sed
vigorabit̃ amplius ⁊ vincet ¶ Quocirca
tradimus p cautela/ q̃ in huiusmodi visi
onib⁹/ nedũ suspensum teneat̃ iudiciũ ex/
emplo beati Ambrosij ⁊ Luciani ꝑsbyte
ri. Sed dicat̃ reuerenter cũ Petro. Exi a
me dñe/ qr peccator sum / qr vilis sum. qr
visionib⁹ tuis indignus sum/ quas hic ne
q̃z quero. nec accepto. sed repello. sit in ce/
lo nõ in hoc seculo visio tua/ tota merces
mea dñe deus. ⁊ sufficit/ quid ad me de vi
sionib⁹ tuis in hac vita. quid de superior
meorũ monitionibus: mitte potius obse
cro quẽ aliquãdo missurus es. ⁊ me meus
spiritus hũili tegat obscuroq̃ loco ¶ Al
tera potest addi sup huiusmodi visionib⁹
recipiendis cautela/ qualẽ de somnijs tra
didit vnus dicens. Si monitiões alique
bone inquit fieri videantur in somnijs/ vl'
ex persona defunctorum/ vel aliunde/ reci
piantur. eas non quasi somnia penit⁹ ab/
ijciendo. neq̃z eis ex aduerso velut auten/
ticis vel diuinis adherendo/ recogitentur
potius tanq̃z rememorationes alique ad
faciendum bona/ vel mala declinandum/
iuxta somniorum qualitatem. ¶ Proba
tio spirituum considerat qualiter et quo/
modo persona que visiones se habere di
cit conuersatur. an in secreto vel in publi/
co. an in vita actiua vl' ꝓtẽplatiua. an ĩ de

notione nimia q̃ notā affert in vestimētis ⁊ ceterꝫ. aut si cōmunē habꝫ cōuersationē accōmodā his q̃bus cōuiuit. Hoc precipue ꝓsiderare necesse est si sit mlier/ qualiť cū suis cōfessoribꝫ ꝓuersať ⁊ instructoribꝫ. si collocutionibꝫ intēdit ꝓtinuis/ sub obtētu nūc crebre cōfessiōis. nūc prolixe narrationis visionū suarū. nūc alterius cuiuslibet cōfabulatiōis. Expertis crede/ nominatim Augustino ac dño Bonauenture: vir est altera pestis vl' efficacior ad nocendū vl' insanabilior. Nō si nihil hret aliud detrimēti nisi tpis pciosi latissimam hanc ꝓsumptionez. abunde diabolo satis esset. Habet aliud scitote. habꝫ insanabilē vidēdi loquēdiq̃ (interim de tactu silentiū sit) pruriginē. Euenitq̃ illud de didone apd poetā/ herent infixi pectore vultꝰ. Verbaq̃ nec placidā mēbris dat cura q̃etez. Cū tñ in pace sit dei locꝰ. Nullus idcirco mirabiť. si tales ad fabulas ꝓuersi auertunť a veritate. Si pterea mulieres he curiose agentes sunt/ q̃les notat apl's/ sp discētes ⁊ nunq̃ ad sciam veritatꝭ puenientes. vbi aūt nō est ꝓitas sit vaitas ⁊ falsitas necesse est ¶ Probatio spūum ꝓsiderat vñ spūs veniat aut q̃ vadat. Itaq̃ Bernā. testatur B in se nūq̃ sciri datū eē. q̃ tñ exptū se plures asserit hūiliter sanctispūs pñtiam ex intimo motu cordis siue mētis. Mirabitur igiť fortassis aliq̃s. q̃ pacto psona status inferioris/ dicat se freqnter agnoscere vñ spūs veniat: psertim cū dixerit christꝰ nichodemo. Vocem inq̃t eius audis ⁊ nescis vñ veniat aut q̃ vadat Quid porro q̃ in spiritibꝫ diuersis multa in inspiratōibꝫ inueniť silitudo. Est enī spūs deꝰ. spiritꝰ angelus bonꝰ. spūs angelꝰ malꝰ. spūs humanꝰ tam rōnalis q̃ aīalis. Potest aūt similis visio spirari p quēlibꝫ hūc spūz suo modo. longeq̃ tñ diuerso/ sz diuersitatem faciliť pcipi q̃dazꝫ silitudo nō sinit apd inexpertos taliū/ q̃ neq̃ p seipos ex acumīe īgenij. neq̃ p eruditōez ī theologicꝭ l' phicꝭ disciplīs. neq̃ p alioꝝ traditionē sciūt talia distinguere Certe nec mirandū cū paucissimos inueniamꝰ. q̃ plene sciūt secernere cogitatiōes ⁊ affectiōes sue rōnalis anime vt rōnalis est/ ab illis q̃ sunt animales videliczꝫ in sensu cōmuni vl' organo fantasie. Quē inuenies pcor ex timētibꝫ deum/ peccataq̃ fugientibꝫ/ q̃ semp ⁊ in oīb ad liquidū pspiciat dū tēptatiōes vigēt/ si sensus eorꝝ sit tm̄modo in imaginatiōe vl' cōsensus in rōe. Adeo non facile ē discernere sensuz a ꝓsensu. Quāto plus hꝫ difficultatis pbatio q̃druplicis pnoīati spūs/ dum videlicet instinctꝰ vnus/ vl' inspiratio vehemens tangit mentē/ si sit a deo/ l' ab angelo bono/ aut malo/ vel a ppro spū hūano. Cuiꝰ rursus sensus portio dupleꝫ superior ⁊ inferior ascripta est. Cuiꝰ sentire diuisionē pfecte dat illud ꝓbū dei: q̃d pertingit vsq̃ ad diuisionē spūs ⁊ aīe. Qualē in se diuisionē passa erat q̃ exclamauit. Magnificat aīa mea dñm. Dehinc secernens spūm ab aīa: subiunxit. Et exultauit spūs meꝰ in deo salutari meo ¶ Hec interim sub cōpendio cursim notata sint q̃tinꝰ dū ad singularia descēdendū erit/ faciliꝰ hac occasione sapiētiores diiudicent psuasum hñtes viuere hoīem/ cuiꝰ nomē sit in libro vite/ cui pluries ⁊ in pl'ibꝫ psonis huiꝰ tpis: datū est experiri ⁊ praticare omnia que dicta sunt.

¶ Finit tractatꝰ de pbatiōe spūuz magistri Johis de gerson cancellarij parisieñ. in Constantia. Anno dñi. M.cccc.xv. in die scti Augustini tpe general' ꝓcilij inibi celebrati/ editꝰ ppter aliq̃ q̃ de canonisatione Brigide in pfato cōcilio oriebantur/ sub.xij. ꝓsiderationibꝫ cōprehensus.

Tractatus eiusdem

Cancellarij parisieñ. de examinatione doctrinarum.

Attendite a falsis ꝓphetis clamat christꝰ sūmus doctor nr̄. Cui cōsonat apl's suꝰ doctor in ꝓitate. Doctrinis inq̃t varijs ⁊ pegrinis nolite abduci. Patres ⁊ frēs/ q̃ hꝫ aures audiēdi audiat. qz nulla monitio salubrior. nulla si negligať poterit eē piculosior. Quia sic venenū corpus enecat. sic ꝓphetie false/ sic doctrine varie ⁊ pegrine trahūt aīas ad interitū/ non q̃lē cūq̃ sz eternū. Turbāt insup eccl'iaz/ politias demū oēs tpales ⁊ spūales euertunt. ¶ Quapropť occasionibꝫ intra cor ab extraq̃ suscepta, ꝓposuit nr̄a sedulitas opusculū cōponere. q̃druplici mō de examīatiōe doctrīaꝝ. Prio theologicalit. scdo ex ēplarit. tcio phisical'r. q̃rto ꝓtical'r ¶ Priꝰ modꝰ q̃ pñtꝭ ē opusculi/ sex cōsideratiōes